



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. An & qua ratione jus patronatûs permutari, vel in feudum, aut Emphyteusin, vel in pignus dari possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. IV.

An & quomodo jus patronatus per venditionem transferri possit?

Per se, & solitariè vendi non potest jus patronatus, sine Simonie vitio, ut constat ex *de iure 16. h. t.* cum enim jus patronatus sit vel intrinsecè spirituale, vel saltem spirituali annexum, ut ex dictis patet, consequenter pretio temporali, sine Simonie vitio, comparari non potest; quem modum in alios transferendi jus patronatus prohibet etiam Tridentinum, sub penis canonicis excommunicationis, interdicti, & privationis juris patronatus; ac pecunia pro eo ecclèmando expensa, nec emptori, nec venditori acquiritur, sed applicari debet Ecclesie, cui per Simoniam injuria facta sit: per accidens tamen, & concomitantè, vendendo rem temporalem, quæ continet plura jura, cui annexum est jus patronatus, transferri hoc etiam per venditionem talem accessoriè, habetur in *e. ex literis 7. h. t.* (nisi specialiter hoc jus sit exceptum) quia in tali casu contractus censetur initus super rebus temporalibus, & non super iure patronatus, accessoriè tantum & accidentaliter se habent. Quod si tamen jus patronatus non tam bonis talibus venditis, quàm personæ vendenti annexum sit, non transit accessoriè, etiam per venditionem omnium bonorum, etiam jus patronatus, cum in tali casu conferretur specialiter jus patronatus venditum, quod Simoniam sapit; & quamvis in hæredem jus patronatus etiam personale transeat, defuncto

patrono, quia hæres eadem persona cum defuncto juris fictione habetur, non tamen transit in emptorem, ubi nulla talis jurisfictione quasi eadem persona emptor cum venditore esset, intervenit.

§. V.

An & qua ratione jus patronatus permolari, vel in feudum, aut Emphyteusim, vel in pignus dari possit?

Cum consensu Episcopi, cujus est præcavere Ecclesie, & impedire Simoniam, ut dictum, potest jus patronatus cum simili jure permolari; neque tamen novus patronus statum Ecclesie, aut illius rectorem pro placito mutare potest, prout sumitur ex *c. que Simoniam. 9. h. t.* cum alia potestas patrono non competat, quàm ut, beneficio patronato vacante, præsentet, res Ecclesie defendat, & excessus rectoris, vel beneficiati denuntiet Episcopo; & quamvis in feudum vel emphyteusim jus patronatus solitariè acceptum dari non possit, cum non sit pretio æstimabile, sicuti tamen accessoriè cum re, cui universitas honorum competit, vendi potest, sic etiam in feudum, & Emphyteusim accessoriè cum bonorum universitate accedi potest, prout sumitur ex *c. cum saenulum 13. h. t.* si tamen talis res, cui bonorum universitas, & inter hæc etiam jus patronatus annexum est, creditori in pignus detur; jus patronatus non transit in eum, *c. Cum Bertholdus 18. junct. Gloss. verbo: Patroni de sent. & re jud.* cum pignus non transeat in creditorem, Hhhh 2 quo-

quoad dominium directum, aut utile, & consequenter neque fructus rei oppignoratz, inter quos numeratur etiam jus patronatus.

SECTIO IV.

De presentatione sive ipso actu presentandi & eius circumstantiis.

§. I.

An presentatio facta à possessore iuris patronatus, etiamsi ius proprietatis non habeat, valida sit?

Valer non tantum presentatio, si facta sit ab eo, qui bona fide ius patronatus possidet, sed etiam consequens ad eam institutio, ita ut removeri hic amplius non possit, quamvis postmodum appareat, quod verus Patronus ille non fuerit, prout sumitur ex *c. consultationibus 19 h. t. c. querelam 24 de Elect. iunct. Gloss. verbo. super iure*. Neque enim, quod legitime factum est, irritari debet, aut retractari, licet ad eum casum deveniat, à quo incipere non potuit, & fructus iuris patronatus, qualis est presentatio, ad possessorem pertinet, ita tamen, ut nec solus communis error, in re hac privata sine possessione ad validam presentationem sufficiat, nec sola qualis qualis possessio, sed quæ sit cum bona fide, cum solus communis error non det titulum, & mala fidei possessor nullos fructus suos

faciat, sed consumptos etiam rebus teneatur, Quin imò, si limitari presententur diverti ab eo, qui in possessione presentandi est, & ab eo, qui in patronatus ad se pertinere dicit, indurum sit, nullum ius possessori presentandum competere, presentandum erit de iure communi Decretalium, à bona fidei possessore presentandum die tamen de iure Tridentini *cap. 9. de Reformat.* requiritur ad validam à possessore factam presentationem, ut doceat hic de iure quo iure jus patronatus ad eum pertinet, vel saltem, quod tale jus per multiplicitas presentationes, supra hominum memoriam, jam præscriptum.

§. II.

An Patronus possit presentare ipsum, vel filium suum, si plures sint patroni, an unus ex illis as denique an semper dignior dignior presentari debeat.

SE ipsam patronus ad vacantem Ecclesiam, cuius Patronus est, presentare non potest, nec per se ipsum, per alium ex illius commissione, aut gentem, quamvis Clericus, & licet sit, *c. per nostram 26. h. t. ut re. h. t.* ambitionis infamia notetur, & presentantem, ac presentatum ad effectum sufficiens habeatur, quæ non minus inter hos, quam inter donatarios accipientem esse debet: potest tamen si ab Episcopo illi conferatur, speciatim aut interpositis precibus beneficium, jus ipse patronus esse illud recipere, *c.*